

Die ea et loco

Reverendus Andreas a Sancto Florentio, rector ecclesie parochialis sub titulo sancti Petri loci Lumii ab annis 18, cuius annui reditus sunt (scutti) 400, et status animarum 400, examinatus et

Interrogatus quenam sit materia et forma matrimonii. Respondit: la materia son li atti delli contrahenti, la forma "ego vos coniungo in matrimonio".

Interrogatus quenam sint impedimenta matrimonii. Respondit: error, condictio, votum et discrimen etc.

Interrogatus quenam sint impedimenta criminis et cultus et declaret. Respondit: homicid[i]o procurato dalla moglie o dal marito, e un giudeo non può pigliare un christiano, il primo è crime, il secondo cursus (*je lis cultus*) disparitas.

Interrogatus quenam sint cause finales in sacramento matrimonii. Respondit: che si compisca il matrimonio, cioè che si faccino le denontie, non si trovando impedimento si anellino [*sic*].

Interrogatus quomodo differat matrimonium fidelium a paganibus. Respondit: noi osserviamo il concilio di Trenta [*sic*] e loro fanno alla sua usanza.

Interrogatus quid est ieiunium. Respondit: astenersi dalli peccati e mangiar una volta il giorno.

Interrogatus quinam sint immunes a ieiunio et qui tenentur ieiunare. Respondit: sono obbligati quelli che sono giovani e che possono, non sono obbligati li vecchi che passano 60 anni né quelli che non arrivano alli 20 nelle [= *né le*] gravide né quelle che danno latte né quelli che travagliano.

Interrogatus quenam sit materia et forma sacramenti penitentie. Respondit: la materia è il penitente, la forma è "miseriatur tui etc.", "indulgentia etc.", "Dominis [*sic*] noster Iesus Christus etc.", "passio Domini Nostri Iesu Christi etc.", "vade in pace noli amplius peccare etc."

[15r] Interrogatus quot modis invallida fit confessio et quando necessaria est reiteranda. Respondit: sette, primo se si è confessato senza il debito dolore, secondo se ha odio contra altri, terzo se non ha compito la penitenza, quarto se ha lasciato qualche peccato nella prima confessione, quinto se è scomunicato e statto prima assoluto dalli peccati che dalla scomunica, sesto se il confessore non ha tanta scienza che basti, settimo se non ha autorità.

Interrogatus se un havesse conosciuto carnalmente una donna in secreto potese pigliar una sua parente. Respondit: non possono, son nel secondo grado, ma questo dico di mia autorità che questo caso non l'ho trovato.

Interrogatus che cosa significanno le tre prime croce che si fanno subito incominciato il

canone. Respondit: che Christo fu venduto dal Padre, dalli giudei et da Giuda.

Et se subscripsit

Io prete Andrea affermo quanto di sopra si contene [*souscription autographe*]

Die ea et loco

Reverendus Gregorius, curatus ammovibilis ecclesie parrochialis sub titulo sancti Nicolai de Occhio diocesis Aleriensis monachorum Olivetanorum ex sini Spedie, que ecclesia data est in tertiam generationem Ioanni Baptiste quondam Mannoni de Corbaia et Simoni olim Ambrosini sub pretio primi anni millesexcentum libre et singulis annis trecentumvigintiquinque, anime ottogintaquinque, tempus cure quattuor menses, etatis sue annorum 28, examinatus et

Interrogatus quid sit confessio. Respondit: una manifestazione de tutti li suoi peccati fatte legitime inanti il sacerdote con speranza di perdone.

Interrogatus se un si confessasse di un peccato veniale occulto se li può dar l'assolutione. Respondit: del peccato veniale crederei che sî.

Interrogatus se un si scordasse un peccato la confessione valesse. Respondit: varrebbe, ma poi è ubligato a confessarsene.

Interrogatus se mai per alcuna causa si può tacer un peccato in confessione. Respondit: che sî, se teme che il sacerdote lo rivelli.

Interrogatus si un si confessasse di un peccato mortale tre o quatro volte se li debba dare l'assolutione. Respondit: se ogni volta che viene con dolore; soggiorsit [*sic*] postea: io non l'assolverei ogni volta che viene con l'istesso peccato.

[15v] Interrogatus quante cose si ricchiedono per far un sacramento. Respondit: tre, intentione del ministro, materia e forma.

Interrogatus che cosa vogli dir forma nelli sacramenti. Respondit: le parole del sacerdote "ego te assolvo", "ego te (baptizo)".

Interrogatus qual sia la forma del matrimonio. Respondit: "ego vos coniungo etc."

Interrogatus quali parole sono necessarie per dare l'assolutione all'homo, le quali se si lassassero non varebbe. Respondit: "ego te absolvo ab omnibus [*sic*] peccatis tuis".

Interrogatus che peccato stimi quello che si usa in Corsica in collera "diavolo pigliati, do al diavolo te e tuoi". Respondit: se non ha positive intention di offenderlo è peccato veniale.

Interrogatus se si potrebe dire una buggia per far che non fusse impicato un homo ingiustamente. Respondit: si può.

Interrogatus se si potrebe giurare nell'istessa causa. Respondit: se non vi è danno del terzo.

Interrogatus che cosa significa il graduale nella messa. Respondit: allegrezza.

Interrogatus che cosa significhi il purificatore. Respondit: non l'ho trovato.

Et se subscripsit

Io prete Gregorio curatore affermo quanto sopra [*souscription autographe*]

[...]

1616 die martis prima martii. Diocesis Aleriensis

Visitatio ecclesie sub titulo sancti Antonii loci Lumii que servit pro vice parrochiali, cuius titularis est reverendus Andreas a Sancto Florentio ab annis 18, cuius annui reditus sunt scutta 300 et ultra, et status animarum 400.

Im primis visitavit sanctissimum Eucharistie sacramentum, quod conservatur in pixide argentea, intus deaurata et in eius interiori parte non est substratum corporale, cum quodam vello ex filo albo.

In communione generali tempore Paschatis cedulas a communicandis exigit priusquam ipsis sacramentum administret, ut ecclesie precepto satisfactum esse certus sit.

In feria quinta Cene Domini fit sepulchrum, quod de cetero non in tabernaculo ostensorio ut consuetum erat sed in sacro calice iuxta rubricas missalis romani conservetur.

Tectum ipsius ecclesie est pluviosum.

[61v] Cum sacramentum ad infirmos defertur de cetero cum sex luminaribus ad minus et una lanter[na] et baldachino associetur.

\*Cum oleum sacrum ad infirmos defertur prius dato signo campane cum unaque lanterna semper accensa associetur\*. [*le texte entre astérisques est rayé (répété quelques lignes plus loin)*]

Fons baptismalis est marmoreus.

Ciborium est nudum sine aliquo conopeo.

Non adest ibi iuxta fontem figura precursoris Christum baptizantis, mandat quod de cetero provideatur de sudariolis mundis et albis ad imponenda et abstergenda capita baptizantium.

Olea sacra conservantur in vasis stanneis cum bursis partim sericeis et partim ex giambeloto, que conservantur in quadam capsula vetusta et indecenti, ubi conservantur alia superlectilia ecclesiastica, cum clavibus tabernaculi et baptisterii que sunt sine bursa.

Clavisque baptisterii est ex ferro rubiginoso sine aliquo ornamento.

Cum oleum sanctum ad infirmos defertur prius dato signo campane cum unaque lanterna semper accensa associetur.

Confessionali affigatur figura Christi crucifixi casusque a sanctissimo domino nostro reservati, forma absolutionis oratioque preparatoria ante confessionem.

Altare maius est debite mensure, et quod scabellum circundet latera ipsius altaris per oncias sexdecim, in ipso altari adest sac[r]arium, quod omnino [re]moveatur.

Fenestella ad conservandam pelvim cum urceolis tintinabuloque gestatorio augeatur latitudine onciarum sexdecim et longitudine onciarum 24.

Clavisque affigatur pro appendendo birreto sacerdotis.

Fenestra que est a cornu epistole saltim tella cera illinita muniatur.

Altare sanctissimi Rosarii est debite mensure.

Icona est satis decens.

[62r] Petra sacrata est debite mensure, que in capsula lignea latitudine onciarum duarum includi mandat.

Scabellum est debite mensure, sed mandat quod circundet latera ipsius altaris per oncias sexdecim cancellisque saltem ligneis sepiatur.

Fabricetur fenestella pro conservandis urceolis ad prescriptam formam.

De tella viridis coloris ad coerendam pulverem mense altaris provideatur.

Porte ecclesie omnino reconcinentur.

Amictus, corporalia et purificatoria signo crucis muniantur.

Provideatur de palio viridis coloris atque de duobus velis viridis violaceis coloris ad usum sacri calicis.

Visitatio ecclesie parochialis dicti loci sub titulo sancti Petri

Icona est indecens et maxime vetusta.

Altare ut aiunt est consecratum, quod ex tella cerata tegi mandat et quod ipsa mensa altaris augeatur ex longitudine ab urtoque [*sic*] latere per oncias sex a parteque anteriori augeatur per alias oncias sex, (rinove)turque s[c]abellum latitudine cubitorum duorum, altitudine onciarum octo, et quod circundet latera ipsius altaris per oncias sexdecim.

Fenestrellaque fabricetur pro conservandis urceolis ad formam prescriptam.

Ipsaque parochialis et altare carent omnibus rebus necessariis ad usum misse.

Adsunt aliqua sepulch[r]a sine debitis tegumentis.

Ipsa ecclesia, que est fabrica magnifica, ruit nisi reparetur.

Cimiterium explanetur et duo arbores olivarum que in ipso sunt scindentur.

Caret libro statu animarum, habet tamen libros baptizatorum, confirmatorum, mortuorum,

quos ad meliorem formam redigantur.

Oratorium sub titulo Anontiationis sanctissime Domine Nostre in via constructum  
Altare omnino demoliatur, claudaturque con sera et clavis a parrocho conservetur.

[...]

Die ea

Reverendus Andreas (Sanctus) Florentius rector Lumii fideiussit de scutis 200 de stando iuri et se presentando in forma (etc.), et pro eo (etc.) cap(itaneus) Beniaminus quondam Renuculi de Lumio (promitens renuntians) [49v] [*page rayée dans le manuscrit*] nominando cap(itaneu)m Michaelem Rocham (etc.), testes [(dominus) reverendus Alexander *ajouté en interligne*] dominus Hieronymus Castagnatens vocati.

[...]

[124v] 1616 die prima mensis martii

Vis[it]atio ecclesie parrochialis sancti Nicolai de Occhis diocesis Aleriensis.

[*espace en blanc correspondant à 3 ou 4 lignes*]

Altare non est debite mensurae.

Icon deformis et in [ea] est sanctus quidam qui arcu pulsat liram.

Pavimentum fractum et sepulcra in ea dirupta.

Porta sine clavi.

Non sunt capane.

Semiterium patens bruttis, plenum dumis et dumetis.

Adest arbor olive.

Non est vas acque benedictae.

Distat ad habitationibus per miliare.

Fit sacrum in ea die tantum sancti Nicolai.

Eius loco inservit ecclesia Annociatae prope domos, ubi adest sanctissimum sacramentum, quod servatur in tabernaculo inaurato con suo conopeo, intus vestito serico, in pisside argenta cohopena velo.

Clavis non est inaurata, manet in arca, cuius clavis est apud parrochum.

Cera ministratur a populo, sicut et oleum.

Non utitur simgrafis in Paschate ad cognoscendos qui communicarint.

Non adest umbella neque baldachinum nec vellum pro defferendo sanctissimo sacramento infirmis, est unica lanterna pro defferendo sanctissimo sacramento ad egrotos.

In Cena Domini fit sepulcrum in medio ecclesiae, et ipse fons baptismalis inservit pro altari.

[125r] Datur ad deosculandum manipulum in missa tam hominibus quam mulieribus.

Fons baptismalis est prope parietem in medio ecclesiae, non habet cancellos neque pyramidem, est male tutum clavi, que manet in arca de qua supra.

Olea sacra servantur in eadem arca, et in eadem oleum infirmorum [quod] defertur ad infirmos sine lumine.

Non adest ulla societas